Verba Hebr. Activa possunt Pronominum Accusativos, quos regunt, sibi subnectere, hoc pacto, in PRÆTERITI KAL Tertiâ Sing. Masculeâ, Ordine Verborum primo, ut: פְּקָדַנִי † visitavit me, פְּקָדָנוּ visitavit nos, פְּקָדְךָ seu פְּקָדֶךָ visitavit te virum, פְּקָדֵךְ te fæminam, פְּקַדְכֶם vos viros, פְּקַדְכֶן vos fæminas, פְּקָדוֹ seu דָהוֹ eum, דָהּ eam, דָם eos, דָן eas. Hunc imitantur Ordo 2 & 3 in toto præterito. Sed Ord: 4, בָּנַנִי בָּנָנוּ בָּנְךָ &c. *ascitis videlicet reliquis quoque Pronominibus, & servato* ־ *sub primâ.* Ord. 5, à מָצָא est מְצָאַנִי אָנוּ אֲךָ אַךְ אֵךְ אֲכֶם כֶן מְצָאוֹ

† Secùs דְּבֵקַנִי Sed de formâ Præteriti per ֵ & וֹ expediit Regula in Etymolog.

Sed à גָּלָה est גָּלַנִי גָּלָנוּ גָּלְךָ &c. Ord. 6. סַבַּנִי סַבָּנוּ סַבְּךָ &c. *Cæterum Pronomen* כָּה *ubiq; suum* ה *usitatiùs dissimulat. Sic pro Affixo* ךָ *ubivis surrogare licebit* כִי. *Sicuti* נָה *pro* ן. *Et* כֶּנָה *pro* כֶּן. *Et* ה *pro* וֹ, *Nam* וֹ *Pronomen Consonans est quiescens in Cholem. Denique potest nuspiam non Pronomen* ם *post* ־ *aut* ־ *assumere* וֹ *paragogicum &c. sed propriè unà cum vi ac naturâ Numeri Singularis.*

Notiones generales de Pron:

Tertiâ Sing. Fæ: Ord. 1. ut: פְּקָדַתְנִי דַּתְנוּ דַתְךָ דָתֶךְ דַתְכֶם כֶּן. פְּקָדַתְהוּ sive דַּתּוּ eũ, דָּתָהּ seu דַּתָּה eam, דָּתַם eos, דָּתַן eas. Ord: 4, בָּנַתְנִי בָּנַתְנוּ. Ord. 5, מְצָאַתְנִי. Sed גָּלַתְנִי. Ord. 6, סַבַּתְנִי.

Tertiâ Plur: Ord. 1, ut: פְּקָדוּנִי דוּנוּ דוּךָ דוּךְ דוּכֶם דוּכֶן דוּהוּ דוּהָ דוּם דוּן. Ord. 4, בָּנוּנִי. Ord. 5, מְצָאוּנִי. Sed גָּלוּנִי. Ord. 6, סַבּוּנִי &c *Quater hîc* א *etiam legitur affixum Paragogicè, ut:* הָלְכוּא *Iosuæ* 10.

Secundâ Sing. Masculeâ Ord. 1, פְּקַדְתַּנִי תָּנוּ. Sic תּוֹ sive תָּהוֹ eum, תָּהּ eam. (*Aliud est,* פָּקַדְתָּה, *Solet enim in quovis Præterito terminatio* תָּ, *suum* ה *usitatiùs occulere. Sicut contrà Imperativorum & Futurorum terminatio* נָה *id usitatiùs exprimit.*) תָּם eos, תָּן eas. *Porrò Pronominum secundæ Personæ affixionem Secunda Persona in verbis non recipit, sicut nec Prima Primæ: Talem enim actionis reciprocationem in ipsum agentem, apud Hebræos non Pronominum adiectio, sed vel vox Passiva vel quarta Coniugatio reddere solet.* Sic Secundâ Sing. Fæm: פְּקַדְתִּינִי תִּינוּ תִּיהוּ תִּיהָ תִּים תִּין. Secundâ Plurali tàm Masculeâ quàm Fæminea dicetur, פְּקַדְתּוּנִי תּוּנוּ תּוּהוּ תּוּהָ תּוּם תּוּן. Ac Primâ Sing: פְּקַדְתִּיךָ תִּךְ תִּיכֶם כֶּן, Sic תִּיו sive תִּיהוּ eum, & תִּיהָ תִּים תִּין. Primâ Plur. פְּקַדְנוּךָ נוּךְ נוּכֶם כֶּן

Notatio.

Notatio.

נהו

נוּהוּ נוּהָ נוּם נוּן. Ita Ord. 4, בַּנְתַּנִי בַּנְתִּינִי בַּנְתּוּנִי בַּנְתִּיךָ בַּנְנוּךָ &c. *qualibet Personâ & hîc & alibi suas sibi ordine Verborum primo assignatas suffixiones assumente.* Sic & Ord. 5. מְצָאתַנִי מְצָאתִינִי מְצָאתוּנִי מְצָאתִיךָ מְצָאנוּךָ. Sed גְּלִיתַנִי גְּלִיתִינִי גְּלִיתוּנִי גְּלִיתִיךָ גְּלִינוּךָ. Ord. 6, סַבּוֹתַנִי סַבּוֹתִינִי סַבּוֹתוּנִי סַבּוֹתִיךָ סַבּוֹנוּךָ.

Notatio generalis.

MODO INFINITO subnexa Pronomina nunc agentis nunc patientis partes explere possunt, ut hîc Ord: 1. in verbis per ו constructè punctatis, * פָּקְדִי seu פָּקְדֵנִי visitare me, דֵנוּ nos, פָּקְדְךָ seu פָּקָדְךָ te virum, פָּקְדֵךְ te fæm: פָּקְדְכֶם seu פָּקָדְכֶם vos viros, פָּקְדְכֶן seu פָּקָדְכֶן vos fæm. פָּקְדוֹ sive דֵהוּ דֵנְהוּ דֵנּוּ eum, פָּקְדָהּ seu דֶהָ דֶנְהָ דֶנָּה eam, פָּקְדָם eos, דָן eas. Secùs in verbis, quæ in Infinitivo Constructo nunquam ו recipiunt, ut: שִׁכְבִי בֵנוּ שִׁכְבְךָ & שְׁכַבְךָ at שִׁכְבֵךְ, sic שִׁכְבְכֶם כֶן & שְׁכַבְכֶם כֶן, & שִׁכְבוֹ &c. Ord. 2, טַלְתִּי תֵּנִי תֵּנוּ תְּךָ תֵּךְ &c. & ultimâ Radicis Gutturali גַּעְתִּי &c. Ord. 3, לַדְתִּי תֵּנִי &c. & ultimâ Radicis Gutturali דַּעְתִּי &c. Ord. 4, בִּינִי † בִּינֵנִי Ord. 5. מָצְאִי seu מְצֹאתִי אֹתְךָ. sed גְּלוֹתִי וֹתְךָ. Ord. 6, סֻבִּי סֻבְּךָ.

* Iod Affixũ Pronomen & hîc & alibi Consonans est quiescens in Chirec.

† De verbis quæ in his Temporibus ו loco Chirec magni reponunt, in Etymologiâ commonefactum est.

IMPERATIVVM, Secundâ Sing: Masculeâ, Ut: Ord. 1, à verbis per ו punctatis, פָּקְדֵנִי דֵנוּ, sic פָּקְדֵהוּ sive דֵנוּ דֵנְהוּ eum, דֶהָ דֶהָ דֶנְהָ דֶנָּה eam, דֵם eos, דֵן. Et secunda sing. Fæmineâ, ut: פִּקְדִינִי דִיהוּ דִיהָ דִים דִין Secunda Plurali tum Masculea tum Fæminea, ut: פִּקְדוּנִי דוּנוּ דוּהוּדוּהָ דוּם דוּן: *Nam Imperativi & Futuri Personæ in* נָה *exeuntes, assumtis Pronominibus semper cum sui quæq;*

Temporis Secundâ Plurali Masculeâ coincidunt, idq; in singulis Ordinibus ac Coniugationum vocibus. Ita Ord. 2, טָלַנִי טָלְנִי &c. Ord. 3. לָרַנִי לָדְנִי טָלוּנִי. Sed quæ in his tribus verborum ordinibus pathach sub secundâ Radicali gerebant, continuant sub eâdem hîc & in Futuro constanter magnũ, hoc pacto, ut: בְּחָרַנִי בְּחָרְנִי &c. Sic גָּעַנִי גָּעְנִי &c. Porrò Ord. 4, בִּינַנִי בִּינְנִי. Ord. 5, מָצָאַנִי מְצָאְנִי. At גָּלַנִי גָּלְנִי. Ord. 6, סָבַנִי סָבְנִי.

FUTURUM, Primâ Singulari, ut Ord. 1, אֶפְקֹדְךָ אֶפְקָדְךָ קָדְרוּ קָדְרוּ רָנְחוּ רָנְחוּ רָנְנוּ רָנְנוּ הָמָּה הָמָּה רָנְנָה רָנְנָה הֵם הֵן:

Et prima Plur. נִפְקֹדְךָ נִפְקָדְךָ &c. *cum reliquis quoque Pronominibus, uti modò Singulari competebant.* At Secundâ Sing. Masculeâ, ut: תִּפְקֹדְנִי תִּפְקָדְנִי רָנְנוּ רָנְנוּ רָנְחוּ רָנְחוּ רָנְנוּ רָנְנוּ הָמָּה הָמָּה רָנְנָה רָנְנָה הֵם הֵן:

Secundâ Sing. Fæm: תִּפְקֹדִינִי תִּפְקָדִינִי רִיחוּ רִיחוּ רִיחָה רִיחָה הֵם הֵן:

Secundâ Masc. Plurali, nec non 2. ac 3. Fæm. Plur. תִּפְקְדוּנִי תִּפְקָדוּנִי &c. Tertiâ Sing. Masc. יִפְקֹדְנִי יִפְקָדְנִי קָדְרוּ קָדְרוּ רָנְחוּ רָנְחוּ רָנְנוּ רָנְנוּ הָמָּה הָמָּה רָנְנָה רָנְנָה הֵם הֵן:

Tertiâ Sing. Fæm. תִּפְקֹדְנִי תִּפְקָדְנִי &c. ut modò. Tertiâ Plur. Masc.: יִפְקְדוּנִי יִפְקָדוּנִי רוּחַ רוּחַ רוּחָם רוּחָן רוּחוּ רוּחוּ רוּחָם רוּחָן

Notatio. *Possunt Futuri Personæ in י. vel ו cadentes, tale ן etiam paragogicè asciscere in omnibus Ordinibus ac Coniugationũ vocibus: & postmodum insuper Pronomina affixa attexere, ut:* יִפְקְדוּנָנִי רוּנָנִי רוּנָךְ רוּנָהוּ רוּנָהּ.

Ad

Ad eundē modū Ord. 2. אֶטָּלְךָ אֶטְּלֵךְ אֶטָּלְכֶם כֶּן אֶטְּלֵהוּ &c. Ita נִטָּלְךָ נִטְּלֵךְ &c. Ord. 3, אֵלֶדְךָ אֵלְדֵךְ &c. At אֹכֶלְךָ אֹכְלֵךְ &c. Ord. 4, אֲבִינְךָ נֵךְ. Ita נְבִינְךָ &c. Ord. 5, אֶמְצָאֲךָ אֵךְ אֲכֶם אֲכֶן אֵהוּ &c. *in omnibus Futuri Personis sub Radicali mediâ servato Camez magno.* Sed אֶגְלְךָ אֶגְלֵךְ &c. Sic 2 Sing. Fæm, תִּגְלִינִי לִינוּ &c. Ord. 6, אֲסֻבְּךָ בֵּךְ &c. ita 2. Sing. Fæm. תְּסֻבִּינִי בִּינוּ &c. *Nam ubiq; iudicium de reliquis Futuri Personis facilè ex harum analogiâ cuivis per se patet.*

CONIVGATIONIS PIEL PRÆTERITO, ut:

Ord. 1, Tertiâ Sin. M. פִּקְדַנִי קִדַנוּ קֶדְךָ קְדֵךְ פִּקְדְכֶם כֶּן קְדוֹ &c. Sic in reliquis Præteriti Personis, פִּקְדַתְנִי פִּקְדוּנִי פִּקַדְתַּנִי תִּינִי תּוּנִי תִּיךָ נוּךָ &c. *Nam in hac & in sequentibus Coniugationum vocibus Verborum Personæ sive πτώσεις applicant sibi easdem, quas in Kal habuerunt, Pronominum suffixiones cum suis quasq; proprijs proximè præmissis punctis.* Notatio.

Ord. 5, מִצְאַנִי צְאָנוּ צַאֲךָ צְאֵךְ מִצַּאֲכֶם כֶּן צְאוֹ &c. Sic מִצְאַתְנִי אוּנִי מִצְאַתַנִי תִּינִי &c. Sed גִּלַּנִי גִּלַּתְנִי גִּלּוּנִי גִּלִּיתַנִי גִּלִּיתִינִי &c.

Quemadmodum cæterorum Ordinum analogia in toto Piel ad hos reducenda sit, in Etymologiâ expeditum fuit.

INFINITO, ut: Ord. 1, פַּקְדִי דֵנוּ קֶדְךָ קְדֵךְ קֶדְכֶם כֶּן קְדוֹ &c. Ord. 5, מַצְאִי צַאֲךָ צְאֵךְ &c. sive מַצֹּאתִי תֵּנוּ אֹתְךָ תֵּךְ. Sed גַּלּוֹתִי וֹתְךָ תֵּךְ.

IMPERATIVO, ut: Ord. 1, פַּקְדֵנִי דִינִי דוּנִי &c. Ord. 5, מַצְאֵנִי אִינִי אוּנִי. Sed גַּלֵּנִי גַּלִּינִי גַּלּוּנִי.

FUTURO, ut: Ord. 1, ut: אֲפַקֶּדְךָ קְדֵךְ &c. Sic נְפַקֶּדְךָ תְּפַקְדֵנִי תְּפַקְדִינִי תְּפַקְדוּנִי יְפַקְדֵנִי תְּפַקְדֵנִי יְפַקְדוּנִי: Ord. 5, אֲמַצַּאֲךָ נְמַצַּאֲךָ תְּמַצְאֵנִי תְּמַצְאִינִי &c. Sed אֲגַלְּךָ נְגַלְּךָ תְּגַלֵּנִי תְּגַלִּינִי &c.

CON-

Ut: Ord. 1, הִפְקִידַנִי דַּתְנִי דוּנִי הִפְקַדְתַּנִי תִּינִי תּוּנִי תִּיךָ נוּךָ.
Sic Ord. 2, הִטִּילַנִי &c. Ord. 3, הוֹלִידַנִי &c.
Ord. 4, הֲבִינַנִי נַתְנִי נוּנִי, Ita הֲבִנְתַּנִי seu הֲבִנוֹתַנִי seu הֲבִינוֹתַנִי &c. Ord. 5, הִמְצִיאַנִי אָנוּ אֲךָ אֵךְ אֲכֶם &c.
Ita, הִמְצִיאַתְנִי אוּנִי הִמְצֵאתַנִי &c. Sed הִגְלַנִי הִגְלַתְנִי הִגְלוּנִי.
Ord. 6. הֲסִבַּנִי הֲסִבַּתְנִי.

† Quanquam ו Paragogicum eodem modo adhæret in hoc Infinito.

INFINITO, ut: Ord; 1, הַפְקִידִי † רֵנִי רֵנוּ רְךָ &c.
Ord. 2, הַטִּילִי Ord. 3, הוֹלִידִי. Ord. 4, הֲבִינִי נֵנִי.
Ord. 5, הַמְצִיאִי sive הַמְצֹאתִי. Sed הַגְלוֹתִי. Ord. 6, הֲסִבִּי.

IMPERATIVO, ut: Ord. 1, הַפְקִידֵנִי דִינִי דוּנִי &c.
Ord. 2, הַטִּילֵנִי &c. Ord. 3, הוֹלִידֵנִי. Ord. 4, הֲבִינֵינִי.
Ord. 5, הַמְצִיאֵנִי. At הַגְלֵנִי הַגְלִינִי. Ord. 6, הֲסִבֵּנִי.

FUTURO, ut: Ord. 1, אַפְקִידְךָ נַפְקִידְךָ תַּפְקִידֵנִי תַּפְקִידִינִי תַּפְקִידוּנִי יַפְקִידֵנִי יַפְקִידוּנִי:
Ord. 2, אַטִּילְךָ. Ord. 3, אוֹלִידְךָ. Ord. 4, אֲבִינְךָ נְבִינְךָ.
Ord. 5, אַמְצִיאֲךָ אֵךְ. At אַגְלְךָ לְךָ. Et Ord. 6, אַסִּבְּךָ נְסִבְּךָ.

EX PASSIVIS vocibus sola NIPHAL affixiones recipit in Infinito Constructo, ut: Ord. 1,
הִפָּקְדִי קֻדֵנוּ קֶדְךָ קְדֵךְ קֶדְכֶם כֶּן קְדוֹ דָהּ דָם דָן:
Sic Ord. 2, הִנָּטְלִי. Ord. 3, הִוָּלְדִי. Ord. 4, הִבּוֹנִי וֹנְךָ.
Ord. 5, הִמָּצְאִי צְאֵנוּ צַאֲךָ צְאֵךְ &c. sive הִמָּצֹאתִי sive הִמָּצְאֹתִי.
At הִגָּלוֹתִי. Ord. 6, הִסֻּבִּי בְּךָ.

De Litera ה Verbis Infinitivis, Imperativis & Futuris paragogicè adhærente.

פָּקְדָה est Forma Paragogica pro פְּקוֹד Infiniti Constructi

structi & Imperativi KAL. Sic שִׁכְבָה pro שִׁכַּב, Nec non בִּינָה seu בִּינָה, Et שׁוּבָה seu שׁוּבָה. Sic מִצְאָה סַבָּה. Ita & Futuri Prima Paragogen ה admittit: אֶפְקְדָה נִפְקְדָה אֶטְלָה נִטְלָה אֵלְדָה נֵלְדָה אָבִינָה נָבִינָה אַשּׁוּאָה נָשׁוּבָה אֶמְצְבָה נִמְצְאָה אָסֹבָּה נָסֹבָּה. Itē Infiniti Constructi nec nō Imperativi Secundæ Masculeæ, ac Primæ Futuri reliquarum Coniugationum Paragogicam Formam indicant sequentes Paradigmatum terminationes;

In Piel quidem קְדָה & צְאָה. Sed in Hiphil קִידָה טִילָה לִידָה בִּינָה צִיאָה. Et ord. 6, הֲסִבָּה אֲסִבָּה נְסִבָּה. Et in Passivo Niphal, קְדָה טְלָה לְדָה וֹנָה צְאָה, & Ord. 6, הִסֻּבָּה אֶסַּבָּה נַסַּבָּה. Sic in Pual Futuro קְדָה צְאָה. & in Hophal Futuro קְדָה טְלָה לְדָה בְּנָה צְאָה סַבָּה.

Hucusq; de Formationibus Verborum Syntacticis.

PARTICULARUM (quæ Hebræis tertiam constituunt dictionum speciem) Pronominum videlicet ac Syncategorematum Formationē quod attinet, sunt ex ijs aliæ perpetuò separatæ: harum enumeratio earundemq; propriæ ac peculiaris potestatis & usûs expositio relinquitur Lexicographis. Reliquæ verò possunt assumere Pronomina affixa, planè ad modum Formarū Nominalium vel Pluralium vel Singularium vel utrarumq; simùl, vel etiam rarissimè Verbalium. Anomaliæ autem quibusque Particulis peculiares, quæ paucæ sunt, committuntur usui ac Lexicographiæ. *Sequentibus duobus Syntacticis Capitibus distinctè subiungentur SEPARATAE Hebræorum structuræ membra.*

CAPUT QVARTUM.

CONTINENS STRUCTURÆ SEPAtæ partem priorem, nimirùm Accidentium in dictionum Separatarum Constructione Convenientiam & Disconvenientiam.

Conveniunt *cũ Substantivis aut horũ vicẽ subeuntibus Adiectivis* 1, in Casu *Substantiva de eâdem re vel per Appositionẽ citra ullum Coniunctionis vinculum vel Verbo Substantivo sive apertè sive occultè intermediante combinata, ut:* אִישׁ אֶת־יְהוָה virum Iehovam, Gen. 4, 1. *Quanquam Substantivum unum idemq; eodem casu ingeminatum aut τάσιν Hebræis alioquin etiam in ingeminationibus familiarem, aut certè distributionem notat;* ut 2. Reg. 11, 14, קֶשֶׁר קֶשֶׁר conjuratio, conjuratio, id est, certissima & pestilentissima conjuratio. *At* אִישׁ אִישׁ vir vir, id est, singuli viri, seu quicunque. Deinde in Numero *quoq; & Genere propinquiùs correspondentia Adiectiva sive Participia sive Nomina sive Pronomina: sed ita ut Adiectiva Nomina aut Participia suis hîc Substantivis non soleant præmitti, nisi intercedat verbum Substantivum sive expressum, sive quod frequentiùs fit maximè im Tempore Præterito & Præsenti, suppressum, aut etiam per Pronominis Demonstrativi integri ac incorrupti insertionem compensatum.* ut: Oseæ 5, 1, רֶשֶׁת פְּרוּשָׂה rete expansum, Sed Prov. 1, 17, מְזוֹרָה רֶשֶׁת expansum rete scil. est עַם קָשֶׁה הוּא gens dura ipsa, id est, gens dura est. Atq; Iere. 7, 20. אַפִּי וַחֲמָתִי נִתֶּכֶת furor meus & ira mea effusa, ubi cum propiore tantũ convenit.

3. in

3 in Personis insuper, *Verba tertiæ quidem Personæ cum Nominativis, secundæ cum Vocativis & Pronominibus secundæ bisue adnexo etiam Nominativo alio, primæ item cum Pronominibus primæ adiunctoq; Nominativo sive explicitis sive subintellectis*, ut Prov. 8, 1, חָכְמָה תִּקְרָא Sapientia vocabit.

Deinde vero Disconvenientia *committitur* 1, in Numero *per Syllepsin Numerorũ aut Casuum, aut per Prolepsin Numerorum, aut etiam ut Adiectivum verbum Singulare respondeat Substantivo Plurali partitivè accipiendo; aut contrà per Synthesin Plurale Singulari ob hanc ipsam constructionem collectivè sumendo, (cum aliàs etiam Enallage Hebraismo tritissima Numerum Singularem pro Plurali collectivè adhibeat) præsertim Patronymico aut Nomini alicuius maiorum Proprio, quod in S. Lingua ubivis satis crebrò vicem Patronymici aut Gentilis Pluralis explere videbis, nonnunquam etiam unici saltem ex posteris individui.* Prov. 10, 20, & 21, חָכְמוֹת תִּקְרָא sapientiæ (in Plurali) vocat, in publico scil. & propatulo, id est, singula Dei verba sunt in propatulo & aprico posita; Distributionem enim importat Disconvenientia. Contrà Iobi 1, 14, הַבָּקָר הָיוּ חֹרְשׁוֹת vacca erant arantes, id est, armenta vaccarum & boum arabant. Item יִשְׂרָאֵל יִכְלוּ Israël vicerunt, hoc est, Israêlitæ. At Psal. 7, 1, Proprium Nomẽ avi Æthiopũ כּוּשׁ accipitur simpliciter pro Æthiope unico. Sicut Ezech. 37, 24. & Cap. 34, 23. דָּוִד pro Messiâ.

2 Dissonantia fit in Genere quoq; *per Syllepsin, ut videlicet duobus simul vel pluribus Substantivis rerum sive animatarum sive inanimatarum quocunq; Genere quocunq; Numero con-*

stitutis Adiectivum vel Verbum Plurale in Genere Masculo respondeat: aut per Synthesin, ut Adiectivum vel vel Verbum Masculeum Substantivo unico Fæmineo applicetur, cum primis intensionis quidem & continuationis; aut contrà, sæpiusculè ironiæ & vituperationis significandæ gratiâ, 2. Reg. 3, 26, הַמִּלְחָמָה חָזַק prælium invaluit vehementer, pro אִישׁ הַמִּלְחָמָה vir belli seu miles. Sic Psal. 42, ver. 2, תַּעֲרֹג אַיָּל desiderat cervus, pro נֶפֶשׁ אַיָּל anima cervi. *Aut hîc etiam simùl incidente* discrepantia Numeri, ut: קֶשֶׁת חַתִּים arcus (in singul.) fracti (in Plurali) id est, arcuũ tota armatura comminuta in minutissima fragmenta, 1. Sam. 2, 4. *Porrò etiam verbo vel toti sententiæ respondet Pronomen Demonstrativum Fæmineum seu Neutrum*, ut: Gen. 15, Credidit, וַתַּחְשְׁבֶהָ & reputavit id.

3 Discrepantia fit in Personis, *per Personarum Syllepsin aut Prolepsin: Quanquam etiam aliàs Personarum subita permutatio Hebræis sermonem inconditum non gignit, ut:* Psal. 91, 9, Tu Iehova spes mea es, Altissimum posuisti refugium tuum: Quod Latinis auribus reddere oporteret, Iehova spes tua est, altissimum posuisti refugium tuum. Sic Esa. 42, 24, peccavimus ei & noluerunt audire, pro, & noluimus.

CAPUT QVINTUM,

Continens structuræ separatæ partem alterã, videlicet Rectionem Obliquorum Casuum & Verborum Infinitorum.

1. *Adiectiva laudem, copiam, desiderium, similitudinem, notitiã, memoriam, metum, aut contrà designantia, regunt immediatè subiunctum substantivũ in* Genitivo, ut: שְׂבַע יָמִים satur dierũ.

Simi-

Similiter à Substantivo Adiuncti gubernatur in Genitivo Substantivum subiecti absolutè sive etiam (quod Hebraismo peculiare) Passivè ac de obiecto adhibitū: Itē Substantivum possessionis: aut quod loco Denominativorum Adiectivorum (quib. S. Lingua plerunq; destituitur) notat materiam, formam vel circumstantiam aliquam, ut: בְּעַל אָוֶן factū iniquitatis, i.e. factū iniquū. Aut ordine universo מִבְחַר קְבֻרֵינוּ electio sepulchrorum nostrorū, id est, electissima sepulchra nostra. *Quanquā alicubi Genitivus per antecedens vel consequens Pronomen affixum repetitur:* hoc quidē modo יְהוָה בַּשָּׁמַיִם כִּסְאוֹ Domino in cœlo sedes eius, id est, in cœlo sedes Domini. *Et Genitivus possessionis sæpe circūscribitur per Dativū, Relativo simùl Pronomine sive expresso sive suppresso, verbo certè substātivo possessivo ubiq; subintellecto, ut:* בֶּן אֲשֶׁר לוֹ filius qui ipsi sc. est, id est, filius eius. 2 Dativus *sicubi poscitur, nuspiā nō effertur per præfixionē* ל. *Interdum verò Dativus Pronominis voculis pleonasticè ferè appēditur, ut: Gen. 12, 1.* 3 Accusativū *Syntacticæ Synecdoches aut cognatæ quidē significationis recipiunt Intransitiva, disjunctioris insuper significationis vel unicum vel geminum Activa, & alterutrum ex gemino Activorum Accusativo etiā Passiva seu Verba seu Participia seu (infrequentiùs quidē) Nomina Verbalia Activa: Idq; sive expressè mediante, quæ nunquam non Accusativi Articulus est, Particulâ* אֵת, *sive eâ ipsâ alicubi suppressâ, ubiq; certè in alterutro ex Accusativo gemino, ut:* Esa. 13, 19, מַהְפֵּכַת אֱלֹהִים אֶת־סְדֹם subversio Dei urbē Sodomorū, id est, subversio divina urbis Sodomorum. *Quin etiam* Accusativum *disjunctioris significationis per Articulum* אֵת *si habent verba vel Participia Activa, rariùs quidem;*

sin Neutra *aut etiam* Absolutæ *significationis* Nomina, *plerunq;* *notatur repræsentatio quasi quædam, certè imitatio.* ut: Genes. 5, 22, וַיִּתְהַלֶּךְ חֲנוֹךְ אֶת־הָאֱלֹהִים Et ambulavit Henoch DEUM, id est, Divinâ vixit vitam, *Si passiva eum habent, nisi Impersonaliter sumũtur, indicatur actio intensissima,* ut: נִשְׁבַּרְתִּי confractus sum cor eorum, id est, defatigatus sum confringendo cor eorum, Ezech. 6, 9. *Deniq; subintellectũ quoq; verbum Inquam vel Dico, sæpiusculè* Accusativũ *regit, non sine emphasi, ut:* Nehem. 9, 34. & 2. Reg. 6, 5. & 1. Sam. 17, 34.

4 Ablativus *nunquam sine Præpositione sive expressâ sive subauditâ usu venit.*

Deniq; Tempus Infinitum 1 *Formâ Etymologicâ (rarissimè constructâ) intendendæ significationis ergò suæ saltem quodq; Radicis aut certè cognatæ Tempori Præterito quidem & Futuro præmittitur; Imperativo verò & Participijs subiungitur: quin Præterito etiam aut Futuro, præsertim per Vau conversionis insignitis aut intercedente aliquâ* Particulâ *subiungi alicubi videas,* Ioelis 2, 26. וַאֲכַלְתֶּם אָכוֹל & comedetis comedendo. Amos 3, 5, הֲלָכוֹד לֹא יִלְכֹּד capiendo non capiet, id est, nullatenùs capiet. *Extra hos casus Forma Etymologica aut usurpatur instar Nominis Masculei,* ut: Prov. 25, penult. אָכוֹל comedere multum favi, non bonum est: Quo pertinet illud Esa. 42, 24, לֹא אָבוּ בַחֲלוֹךְ noluerunt ambulare. I em בְּהַשְׁקֵט Esa. 30, 15. *aut mutuatur, in narrationib. maximè,* **vim Personæ, Generis, Numeri, Temporis à Verbo correspondente, (vel subiuncto vel anteeunte) ac simùl rei continuitatem quandam notat,*

* Maximè etiam præeunte alio Infinito Etymologico; ut: Ioelis 2, 26, & & comedetis comedendo, & satis capiendo, id est, & satiabimini.

notat, ut: Gen. 8, 5, וְהַמַּיִם הָיוּ הָלוֹךְ וְחָסוֹר & aquæ erant, fluere & decrescere, id est, fluebāt & decrescebant. Sic apud Ieremiam, הָלוֹךְ וְאַמְרָה abi & dic: † *Aut denique sæpissimè conditionaliter ponitur, subiuncto Vau sive copulativo sive conversivo adminiculante* ἀποδόσει, ut: Prov. 25, 3 & 4. חֲגוֹ סִיגִים si abstergas scorias, aut Imperativè, absterge; וְיֵצֵא prodit tunc vas aurifabro. Deinde Tempus Infinitum *in Formâ Syntacticâ regitur à Nomine aut diversæ Radicis Verbo Participióve aut ab anteeunte Particulâ seu separatâ seu inseparatâ, aut denique instar Nominis Masculei adhibetur, sive cum præfixione sive sine eâ*, ut: Gen. 3, 6. נֶחְמָד לְהַשְׂכִּיל desiderabilis ad erudiendū. מֵאֵן בְּרוֹחַ & usitatiùs לִבְרוֹחַ renuit fugere לְבִלְתִּי רוֹם utne exaltet, Deuter. 17, 20. At 1. Sam. 15, 22, שְׁמוֹעַ וְלַהַקְשִׁיב Nominaliter, Audire, id est, obedientia, & attendere, id est, attentio. Reliqua quæ sunt Syntaxeos Inseparatæ, relinquūtur iudicāda ex structura Latinorū.

† Et in forma constructa, Iere. 17, 17. הֱיוֹת afferas.

CAPUT ULTIMUM,
CONTINENS RATIONEM INterstinguendi orationis sententias ex ACCENTUUM Hebr. naturâ & ordine.

ACCENTUS Hebræis sunt apices, qui in dictionum Syllabis non tonū modò Prosodicum, sed præter Græcorum ac Latinorum morem quandam etiam Euphoniæ, cumprimis verò certā sermonis interstinguēdi & continuandi ratione adminiculantur. Ex quā ipsi officiorum suorum disparitate & classem & nomencla-

tionem

tionem triplicem sunt sortiti. Cùm enim vocalarũ syllabis in formationibus Etymologicis & Syntacticis inter enunciandum acutum tonum impertiat Accentuũ propriè unus saltem; *Grammaticus* ille quidem; reliqui, qui ornatum addere dicuntur, quanquam diversimodè, partim *Rhetorici* appellari consuevere; partim *Musici*, eò quòd horum ordo, dum in contextu Sacro ubique vice Accentûs Grammatici extrusi acuit ultimas penultimásve Dictionum Syllabas, quandã simùl Musici modulaminis rationem continere vulgò Iudaicâ superstitione habetur. Suntq; ex his alij Reges sive distinctivi, alij Ministri sive continuativi. De Regibus in genere 1. tenendum, quod ipsi incidentes in Vocalem Pathach aut Segol, * mutent ea in Camez magnum: Zeré verò ultimæ aut, sequente scheva muto vel Dages Forti, penultimæ Verborum Syllabæ transforment in Pathach; nisi à Segól vel Zeré finalibus aliqua hæreat Littera quiescens, ut: חָסַר pro חָסֶר. 2. Incidentes in Verbi terminationem sive propriam sive Paragogicam ה vel ן, vel ו, reducunt schevâ immediatè præcedens in vocalem ex quâ in Conjugatione Temporis allevabatur, ad eamq; vocalem ascendunt, quæ si Pathach fuerit, ipsam insuper in ־ magnum vertunt, quin Dages quoque Forte sequenti Literæ Euphoniæ gratiâ quandoque imprimentes, *ut*: יִפְקְדוּ *pro* יִפְקֹדוּ *ab* אֶפְקֹד. *Sic* יִפְקְדֶן: nam ן Paragogicum acutum ubiq; penes se servat. 3 Consimiliter Schevá ante Affixum ךָ aut in Formâ verbali אֶתִּי vel

* Demtis Pronominibus Affixis.

vel יְהִי aut Nominali לְחִי vel עֲדִי commutant cum Segol; sed in Forma Nominali חֲלִי Chatephcametz cum ו, & ad id Segol vel ו migrant, insuper dages Forte euphoniæ ergò Pronomini ךָ quandoq; importantes, ut: אֶהִי pro אֶהִי ero. Sic זִבְחֶךָ vel זִבְחֶךָ pro זִבְחֲךָ sacrificium tuum. Et חֹלִי pro חֲלִי Deut. 7,15. Dictas itaque punctorum metamorphoseis universas sive Pausas † Reges maiores admodum frequentant, Minores eas ferè negligunt. Duos enim in hos ordines Accentûs Reges sunt distributi. Porrò ex Maiorib. primus Accentus Silluc (ut בְּ) claudit cum subnexo Sophpasuc seu gemino crasso puncto Periodum sive פְּסִיק versiculum, (ut: בְּ). Deinde reliqui Maiores & Minores Periodum Colis, Commatibus & Semicommatibus opplent: alio tamen ordine in Prosâ, alio in oratione ligatâ trium Librorum אֱמֶת, Iobi †, Proverbiorum & Psalmorum. *Vtriusq; generis ordinem regularem distinctè nobis exhibebit sequens Tabella gemina.* Numerantur autem *reliqui Prosaici Reges Maiores* sex: Athnach, ut אֵד vapor. Segoltha, ut אֵד. Schalscheleth cum virgulâ Pesíc, ut אֵד׳. Rebía, ut אֵד. Zakephkatón, ut אֵד. Zakephgadól, ut אֵד. *Minores* novem: Geresch, ut אֵד & & Geraschím, geminatâ nimirùm virgulâ, ut אֵד. Telischa, ut וְהָאֵד vehaéd. Pazerkatón, ut אֵד, & geminatè Pazergadól, ut אֵד, seu Karneparáh, ut אֵד. Paschtha, ut אֵד. Ietib, ut הָאֵד. Zarka, ut אֵד. Tiphcha, ut אֵד. Thebír, ut אֵד. Pesic ut אֵד׳, ac cum ministro Munach ante Rebía vocatur Legarme ut אֵד׳. *Metrici Reges Maiores*, præter Silluc sunt quinque: Athnach, ut אֵד Mercha com-

† Quas rarissimè quidē Ministri etiam imitantur, ferê cum sequitur Monosyllabum Rege notatum, ut, Psal. 4,3.

† à Versu 2. Capitis: 3. usque ad ver. 7. cap. 42.

situm, ut וְהָאָר Pazer, ut אָר Rebia simplex, ut אָר. Rebia compositum, ut וְהָאָר Minores tres; Zarka Rex, ut אָר. Tiphcha anterius, ut וְהָאָר vehaéd. Pesic, cui ubivis tri-plici venire licet formâ, vel cum schalscheleth, ut אָר, vel cũ Kadma, ut אָר, vel demiq; cũ Mahpach, ut אָר.

Adhuc de Regibus. Cæterùm de *Ministris* Accentibus in genere], sciendum: Si quis ex illis in Dictionis vocaliũ ultimâ & quidẽ immediatè vel ante voculã Syllabà primâ acutã, vel etiam ante voculam suâ naturâ monosyllabam (quantumlibet interdum servili Literâ prænotatam) locum suum sortitur; solet * transferri ad vocaliũ penultimam, si hæc syllabam cum consonâ suâ citra sequentis mobilis Literæ adminiculum absolvat: sin minùs; solet minister abijci & dictio copulari sequenti per Rhetoricum Maccaph, ut *Psal.* 2, 4, יִלְעַג־לָמוֹ *illudet ei, pro* יִלְעַג. Insuper, alterutrũ si fit, corripitur in anteriore Dictione ante scheva seu proprium seu vicarium finale, ־ magnũ quidẽ in ־ Zere verò in Segol, Vaucholem aut Schurec in Camezchatúph: ac Futuro quarti Ordinis sub Gutturali, aut ante Resch, in ־ potiùs, quin perpetuo plane in ־ in aliis quoque Ordinibus ante finalem Gutturalem schevatã, *ut:* יוֹם ex יַסֵּב־הַיּוֹם *& Monosyllabo* יוֹם. *Item* לְצַחֵק בְּנוֹ *pro* לְצַחֵק *Gen.* 39, 14. *Sic Deut.* 24, 8. הִשָּׁמֶר בְּנֶגַע־ *pro* הִשָּׁמֶר, *ubi quidem vocula* בְּנֶגַע *acutum deinde ex syllabâ suâ primâ abiecit propter sequens Maccaph. At Psalm.* 2, 2, נוֹסְדוּ יָחַד *servat* ד *ultimum, quia non sequitur scheva finale.* Per Metheg tamen retinentur Imperfectæ Formæ in se Mono-

* Quanquam in Ord. 5. Personâ גָּלוּ ultimatiùs manet in ultimâ, ad differentiã Ordinis 4.

Literæ בגדכפר post scheva, quod in hoc casu post magnas vo-

Monosyllabæ Ordinis 4, nec non terminatio servilis וֹת Pluralium vel Infinitivorum, Forma item Benoni Kal Masc. Sing. trium priorum ordinũ, aut sicubi aliàs etiam libet magnã hîc vocalem retinere per Metheg, *ut: Psal.94. ver.9.* יֹצֵר עַיִן *formans oculum.* 2. Ministri + in Dictionibus finali scheva carentibus constituti impediunt regulariter in subsequẽtis voculæ Literâ initiali בגד כפת Lene Dages, ut הָיְתָה תֹהוּ *Gen.* 1, 2.

cales, & hic etiam post ן, redditur immobile nunquam ו Dages lene recipiunt.

+ Et ad horũ imitatione etiam Rhetoricus Maccaph.

3. Denique verò dicti sunt Ministri, eò quòd Regũ quasi prodromi suam illis operam navent totam præcurrendo, ut cæteras voculas distinctivis Accentibus immunes ad suarum quasque distinctionum septa cogant, & ad Reges continuâ usquè serie deducant: aliter tamen in Prosâ, aliter in oratione ligatâ trium librorum אֹמֹת. *Vtriusque generis ordinem reglarem distinctè nobis exhibebit sequens Tabella gemina* Cæterùm *Ministri Prosaici* erunt octo: Munach, ut אֶד. Galgal seu Ierach benjomó, ut אֵד. Darga, ut אֵד. Mercha simplex, ut אֵד. Mercha duplex, ut אֵד. Mahpach, ut אֵד. Kadma, ut אֵד. Talsa, ut אֵד. *Ministri Carminici* septem: Munach inferior, ut אֵד. Munach superior, ut אֵד. Galgal seu Ierach benjomó, ut אֵד. Mercha simplex, ut אֵד. Mahpach, ut אֵד. Zarka, ut אֵד. Tiphcha minister, ut אֵד

Porrò ad sequentis utriusq; Tabellæ Analogiã si quid in nonnullis Editionibus Biblicis discrepare videbitur, exigendum & revocandum erit. Nisi quod alicubi summo consensu in emendatissimis etiam Codicibus nonnulli Accentûs κατ' ἀνωμαλίαν repetuntur, omittũtur, transponuntur, aut in unam voculam vel monosyllabam contrahuntur, aut in Prosâ extra ordinem etiam inseruntur, aut planè permutantur. Sic & haud raro anomalia contingit in vi distinguendi.

Tabella ostendens regularem Hebræorũ Accen oratione ordi

Si versiculi prolixitas postulat, ante Periodum possunt præmitti duo COLA, in Dictione cuiusque membri ultima hoc ordine:

בֹּ בֶ בֶ: a בֹּ aut rariſ; pro hoc בֹּ.

Similiter ante Periodum & Colon quodvis possunt præmitti COMMATA, hoc ordine:

בֹּ בֹּ בֶ: (aut בֹּ בֹּ)
בֹּ בֹּ בֶ (aut בֹּ בֹּ)
בֹּ בֹּ בֹּ.

Ante Periodum, Cola & Commata licet prætermittere SEMICOMMATA, hoc ordine:

בֹּ בֹּ b בֹּ בֹּ
בֹּ בֹּ c בֹּ בֹּ בֹּ
בֹּ בֹּ d בֹּ בֹּ בֹּ e
בֶ: aut בֶ בֶ בֶ בֶ בֹּ בֹּ בֹּ.

Sciendum deniq;, quod Accentus Pesic cum Ministro quocunq;, quem à sequente suo Rege vult dirimere (id quod potissimũ in Dictionibus geminatis committitur) Distinctionẽ cõstituat Semicommaticã. Hoc si efficit cum בֶ ante בֹּ, vocatur Legarme.

a *Qui Accentus perpetuò Elemento vocabuli incumbit ultimo: nisi quòd in penacutis aut post pathach ascititiũ quandoq; geminatur, ut:* חָסֶד.

b *Qui Accentus perpetuò primam voculæ Literã occupat, etiam cum acuit ultimã ut:* וְהָאֵר.

c *Qui accentus ultimam semper Vocabuli Literam vel vocalem pungit: nisi quòd in penacutis & post pathach ascititiũ geminatur, ut:* חָסֶד. *Sic* רוּחַ. *Atq; pro eo (rarius quidem) in primâ Dictionis Syllabâ adhibetur letib* בֶ *nisi tamen aliud Semicõma antecedat, ut:* הָאֵר.

d *Qui Accentus cùm Elemẽto semper incumbat ultimo, in penacutis tamẽ aut post pathach ascititiũ duplicari potest, ut:* חָסֶד

e *Pro quo, rarissimè quidem, hîc & ante Silluc vel Athnach, surrogatur figura Pazergadol, ut* אֵר, *seu Karneparáh, ut:* אֵר.

tuũ PROSAICORUM in distinguendâ & continuandâ nem & cohærentiam.

Immediatè ante Periodum, Cola, Commata & Semicommata prossunt præmitti MINISTRI seu CONTINVANTES Accentus hoc ordine:

ב֣ ב֔
a ב֣ ב֑
b ב֤ ב֖
c ב֣ ב֮
ב֥ ב֣
ב֣ ב֤ ב֒
ב֣ ב֧ ב֣ ב֖
d ב֧ ב֣ ב֣ ב֙ ב֣
e ב֣ f ב֨ g ב֣ ב֨ ב֜
h ב֣ ב֣ ב֣ ב֡
i ב֣ ב֣ ב֣ ב֣ ב֩ k
l ב֣ ב֣ ב֣ ב֣ ב֠
m ב֧ ב֪
ב֗ ב׃

a *Qui hîc Illui dicitur.*

b *Qui hîc Mecharbel nuncupatur primæ vocabuli Literæ assignatus, Illui post eam.*

c *Hîc & in sequentib. duob. locis toties potest iterari Munach, quoties res postulat.*

d *Qui Accentus incumbit medio Literæ cuiuscunq; ad differẽtiam ꝰ Paschtha. Transformatur autem in Munach, ubicunq; in primam Dictionis Maccaph destitutæ in idit Literam sine præmisso alterius figuræ Ministro.*

e *Qui hîc propter præcedens* ב֜ *dicitur Azla.*

f *Hîc quoq; si Cadma cadit in primam dictionis Literam, nisi præmittatur alius Minister; transformatur in Munach, & tunc simul sequens Geresch, nisi in Syllabâ penultimâ hæreat, excrescit in Geraschim* ב֞.

g *Qui Accentus perpetuò ultimum Dictionis Elementum occupat ad differentiam Regis Telischa: nisi quòd in penacutis aut post pathach ascititiũ quandoq; geminatur, ut:* חָסֵר֩.

h *Qui hîc illui vocatur.*

i *Nisi quòd Mercha proximè Regem Thebir duobus pluribúsve punctis Mobilibus intercedentibus, in Darga; ante Paschtha verò vel unico puncto mobili interveniẽte vertitur in* ב֧, *qui hîc Illui nonnullis apellatur.* k *Pluribus Ministris si hîc opus est, iteratur Mercha.* l. *At hîc iteratur Munach, quoties res poscit.* m *Pro quo hîc, nisi Darga præmittatur, sumitur* ב֥.

Tabella ostendens regularem Hebræorum Accentuum METRICORVM in distinguendâ & continuandâ oratione ordinem & cohærentiam.

Si Versiculi prolixitas postulat, ante Periodum possunt præmitti duo COLA, in Dictione cuiusque membri ultimâ, hoc ordine:

בְּ בֻ בֻ a — a Vt וְהָאֵר. Sic אֵר־הוּא propter Maccaph, quo Dictiones quasi uniuntur. Sic aliàs etiã vox, quæ tonũ habet sub Litera initiali, potest priorẽ hîc figurã reijcere in præcedentem Dictionẽ, ut: Pro. 8, 34, שׁוֹמֵעַ לִי.

Similiter ante Periodum & Colon quo duis possunt præmitti COMMATA, hoc ordine:

בְּ בֻ b — b Vt: וְהָאֵר & אֵר.
בֻ בֻ בֻ — Sic אֵר־הוּא propter
בֻ בֻ בֻ — Maccaph.

Ante Periodum, Cola & Commata licet præmittere SEMICOMMATA, hoc ordine:

בְּ בִי c — c Cui perpetuò triplici
בִּ בִי — venire licet formâ,
בֻּ בִי — vel cum schalscheleth,
בֻּ בֻ d בִי — ut: אֵרִי, vel cũ Cadma,
בֻּ בֻ e בִי — ut: אֵרִי, vel deniq; cum Mahpach, ut: אֵרִי.

d Qui dictonis punctis omnibus anteponitur, tametsi Syllabam acuit ultimam vel penultimam, ut: וְהָאֵר.

e Qui perpetuò elemẽto incumbit ultimo, etiã cum Syllabã acuit penultimã, ut: אֵר: ad differentiã Ministri Zarka.

Immediatè ante Periodũ, Cola, Commata & Semicommata possunt præmitti MINISTRI seu CONTINVANTES Accentus, hoc ordine.

בִּי בֻּ a — a Sæpe ministris Mahpach & Mercha simplici sese in præcedente Dictionis Syllaba aut etiã in præcedẽte Dictione præsertim per Maccaph copulatâ, ex abundanti quasi adiungit Minister Zarka, ut הָאֵר.

בֻּ בֻ בֻ
בֻּ בֻ בֻ
בֻּ בֻ בֻ
בֻּ בֻ בֻ
בֻּ בֻ b בֻ
בֻּ בֻ c בֻ
בֻּ בֻ d בֻ בֻ
בֻּ בֻ e בֻ בֻ

b Pro eo hîc Mercha simplex sub prima syllaba Dictionis destitutæ præmisso Maccaph, aut sub Dagessata Litera.

c Pro eo hîc בֻּ seu בֻּ in prima Dictionis Syllaba aut in dagessata Litera, in colo Athnach: Alioquin in hoc colo adhibetur Mahpach hoc loco.

d Pro eo hîc absentib. reliquis Ministris, nisi anteeat Tiphcha Rex aut Pesic, sumitur בֻּ.

e Pro eo hîc absentibus reliquis Ministris sumitur בֻּ aut post Pesic בֻּ. Post בֻּ tamen in 1. Syllaba Dictionis carentis præmisso Maccaph redit בֻּ.

Reſtat *Rhetoricus* Accentus duplex. *Prior* מַקֵּף dicitur virgula tranſverſa – ſupernè Dictionibus interpoſita. Quoties enim aliquodcontextûs membrū vocularum cohærentium numero ſuperârit Accentuum Continuativorum modò in Tabulâ ſibi tributorum familiam, aut ſicubi aliàs ſcriptori viſum fuerit; licet tunc hac virgulâ Dictionem quamcunque, in Regimine præſertim conſtitutam aut monoſyllabam, cum inſequente voculâ colligare ac quaſi counire: ſed ita ut inſimul prioris Dictionis vocalis magna ante ſcheva finale corripiatur, eo planè modo ac limitatione, qua paulò ſuperiùs Vocales allevabantur ex repulſione Accentûs Miniſtri ob vicinitatem ſequentis, *ut*: *Gen.* 2,20, לְכָל־ *pro* לְכָל *Et verſ.* 16, עֵץ־הַגָּן *arbor horti*: *Et Deut.* 10,6, בְּנֵי־יַעֲקָן, *ubi Metheg Euphoniacum nullâ neceſſitatis causâ notavit vocalem Zere, juxta indigitatam ſuprà limitationem in Regulâ primâ de Miniſtris.*

De altero Accentu Rhetorico, Metheg.

I. De Metheg Euphonico in Dictione per ſubiunctum Maccaph notatâ.

Ad huiuſmodi *Metheg Euphoniaci* imitationem eundē Accentum recipit quoque immediatè ante quieſcens ſcheva aut ante Forte Dages Parva Vocalis qualiſcunq; unius pluriúmve punctorum mobilium interventu à ſequentis toni acuti ſede diremta (initialis præſertim) in voculâ per ſubiunctum Maccaph inſignitâ, *ut*: *Exodi* 2, 3, וַתַּקַּח־לוֹ. Atq; ut per hanc Euphonicam productionem parvarum vocalium ſequens quoq; ſcheva nonnihil quaſi ampliaretur: maluerunt idipſum alicubi vertere in compoſitum –:, *ut*: *Gen.* 21,5, יִצְחָק־לוֹ, *ex* יִצְחָק. Quinimò Metheg Euphonias tàm præponere quàm poſtponere licet ſimplici ſchevâ initio Dictionis ſubiuncto Maccaph aut Rege Maiore inſtructæ, ut לְעוֹלָם.

Sic

II. De Metheg Euphonico etiam extra Maccaph.

Sic *Metheg Euphonicum* locũ etiam habet ponè Chirec parvum in prima Syllaba Coniugationis Hithpaël, ut: הִתְחַכֵּם. Item ponè Chirec parvum præfixæ Præpositionis מ, punctúmve Pathach præfixarum servilium Literarũ וכלבה proximè ante Dages: idque aut sequente alio Metheg subiunctæ syllabæ, ut: *Deut*, 1. 5. כְּנַעֲנִי sequente alio Dages, ut: *Exo*, 28. מִטַּבְּעוֹתָו: aut rariss sequente tantũ scheva simplici, *ut*: *Deut*. 32, 32, מִשַּׂדְמוֹת: usitatiùs verò, si geminum in dictionis medio simplex scheva sequitur, ut: וַיִּפְקְדוּ, rarissimè in hoc casu transfertur Metheg ad subiunctam, *ut*: *Exod*. 2, 2. וַתִּצְפְּנֵהוּ. *Planè irregulare est* מִכִּינָתְךָ *Prov*. 23, 4. *Et Psal*. 40, 6, *dict*: 6, & 7.

III. De Metheg primario.

* Vocali tamen ו aut ו au Cholem & hic & reliqui loco suo mobiles Accentus potiùs paulò ants præmittuntur ut: פּוֹקְדִי.

Postremò *Metheg primarium* constituitur ponè *punctulum vocalem, qui, cùm Syllabam cum cõsonante suâ citra sequentis mobilis Literæ adminiculũ absolvit, simùl aut immediatè ante scheva expressum venit, aut à sequentis toni acuti sede, uno quidem pluribûsve punctis mobilibus intercedentibus, nullo tamen huius ipsius Accentûs Metheg interventu diremtus est, *ut*: הָאֹמְרִים *dicentes*. Sic 2. *Reg*. 5, 8, מֶלֶךְ־יִשְׂרָאֵל, *ubi*

Syllabam finiens habet Metheg propter longiorem distantiam toni acuti: Plures enim Dictiones per Maccaph connexæ, in hoc casu habentur pro una.

FINIS.

const. ½ β. auf d. Conrad. Auction.
W.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn766864758/phys_0086
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766864758/phys_0088
DFG

minali לְחִיִּי vel עֲדִי commutant cum Segol;
a Nominali חֲלִי Chatephcametz cum ו,
gol vel ו migrant, insuper dages Forte
ò Pronomini ךָ quandoq; importantes,
ero. Sic זִבְחֶךָ vel זִבְחֶךָ pro זִבְחֲךָ sacrificium tu-
חֲלִי Deut. 7,15. Dictas itaque punctorum
seis universas sive Pausas † Reges maiores
equentant, Minores eas ferè negligunt. Du-
s ordines Accentûs Reges sunt distributi.
orib. primus Accentus Silluc (ut בְּ) claudit
Sophpasuc seu gemino crasso puncto Pe-
פְּסִי versiculum, (ut: בְּ). Deinde reliqui
linores Periodum Colis, Commatibus &
tibus opplent: alio tamen ordine in Pro-
tione ligatâ trium Librorum אֱמֶת, Iobi †,
n & Psalmorum. Vtriusq; generis ordinem
ctè nobis exhibebit sequens Tabella gemina. Nu-
tem reliqui Prosaici Reges Maiores sex: Ath-
por. Segoltha, ut אֵ֫ר. Schalscheleth cum
, ut אֵ֫רי. Rebía, ut אֵ֫ר. Zakephkatón, ut אֵ֫ר.
, ut אֵ֫ר. Minores novem: Geresch, ut אֵ֫ר &
, geminatâ nimirùm virgulâ, ut אֵ֫ר. Teli-
vehaéd. Pazerkatón, ut אֵ֫ר, & geminatè
t אֵ֫ר, seu Karneparáh, ut אֵ֫ר. Paschtha, ut
הָאֵ֫ר. Zarka, ut אֵ֫ר. Tiphcha, ut אֵ֫ר. Thebír,
t אֵ֫רי, ac cum ministro Munach ante Re-
egarme ut אֵ֫רי. Metrici Reges Maiores, præ-
quinque: Athnach, ut אֵ֫ר Mercha com-

† Quas rarissimè quidē Ministri etiam imitantur, ferè cum sequitur Monosyllabum Rege notatum, ut, Psal. 4,3.

† à Versu 2. Capitis: 3. usque ad ver. 7. cap. 42.

E posi-